

Caspar Mauritius

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, Th. D. P.P. & Superint. Ad Exequias, Quas ... Getraut Schnitlers/ Coniugi longe desideratissimae, Viduus Moestissimus Hodie ... paratas cupit, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426382>

Druck Freier  Zugang



Mavritius, C.,
in
G. Schnitler,
uxor. Chr. v. Thien.
Rost. 1657.

22

PROGRAMMA

197.

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

CASPARVS MAVRITIUS,

Th. D. P. P. & Superint.

Ad Exequias,

Quas

Piissimæ & laudatissimæ FOEMINÆ

GERTRAUT

Schnitlers /

Conjugi longè desideratissimæ,

VIDUUS MOESTISSIMVS

Hodiè in templo Mariano ad horam l.

paratas cupit,

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos paramanter invitat,

§ (o) §

ROSTOCHII, Typis Hæredum NICOLAI KILII,

Acad. Typogr. Anno 1657.





Vi vicerit, et inscribam nomen Dei mei, & nomen Civitatis Dei mei, id est nova Hierusalem, qua descendit e caelo à Deo meo, & nomen meum novum. Tria hic expendenda veniunt nomina, quibus Victores insigneserunt. *Primum est nomen Dei. In-* scribam nomen Dei mei. Solebant triumphantium statuis inscribi nova nomina à devictis ducta populis: qualia sunt Imperatori semper Augusto, Victori, Triumphatori, Alemanico, Germanico, Gothico, Africano, Francico, Vandalico &c. Columnis in templo Dei à se erectis nomina indidit Salomon, Jacin & Boaz. Sed & istæ & hæ columnæ dudum eversæ interiere. Diversa ratio erit electorum columnarum vivarum, quibus nomen inscribetur, quod nec vis, nec edax rerum tempus delere aut consumere poterit. Id erit nomen Dei ipsius, non ullius creaturæ. Nempe summa erit nobilitas, summa dignitas, summa excellentia electorum, quos Deus dignabitur nomine FILIORUM suorum. Glorientur hujus seculi mortales Filii magnorum Imperatorum, Regum, Principum, Nobilium, quorum magnæ parti inculcandum erat illud Chrysostrami: *Ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam putet, si dedignetur servire vitis, & ab*
eis

*eis non superari. Quid enim prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? aut quid nocet generatio vilis, quem mores exornant? Ipse enim se vacuum ab omnibus bonis ostendit, qui glorietur in Patribus. Sint in honore Imperatorum, Regum, Principum Filii, at infinites major est dignitas Filiorum Dei, sive ipsorum orum generosissimum, qui non ab hominibus, sed à Deo est, quem inter & homines infinita est distantia; sive spiritualem propinquitatem, in qua CHRISTUS JESUS frater noster & una propinquus noster eminet, sive bona filiorum Dei longè pretiosissima, sive admirabilem ornatum eximiamq; eorum pulchritudinem, sive deniq; jus civitatis, amplissimis privilegiis & immunitatibus gaudentis, spectemus. Atq; hoc alterum est. *Inscribam nomen civitatis Dei mei, id est, novæ Hierusalem, quæ descendit è cælo à Deo meo.* Fuere olim & nunc quoq; sunt urbes splendidissimæ. Semiramis, mortuo Nino, urbem in Babilonia condere aggressa est, accersitis undique opificibus & architectis, cæterisque quæ ad tantam rem pertinebant, paratis. Adhibuit & ad opus perficiendum ex omni regione hominum milia terdecies centena. Urbs ab utroque latere Euphratis, ut medius interfluat, ædificata: cujus mœnia ambitu stadia trecenta & sexaginta complectebantur, frequentibus turribus ac magnis. Erat tanta operis magnificentia, ut in murali latitudine sex equorum currus una ire possunt. Altitudo incredibilis audientibus, ut Cresias Cnidius ait, quippe passuum quinquaginta. Et quid Memphim, &
The.*

Thebas Ægyptiorum, quid Ecbatana Medorum,
quid Alexandriam Græcorum, quid alias aliorum
urbes magnificas memorem? Quid Romam, quam
pro majestate Imperii ornavit Augustus & inunda-
tionibus incendiisque obnoxiam adeo excoluit, ut
jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam
lateritiam accepisset? Quid Constantinopolin, quam
Constantinus Imperator multis monumentis exor-
navit, quæ ex omni orbe in ejus dedicationem adve-
cta sunt, adeo ut Hieronymus scribat, omnes penè ur-
bes nudasse Constantinum, ut Novam Romam (sic
Constantinopolis vocabatur) splendidiorem redder-
et? Quid Venetias, quid Parisios, quid Londi-
num, quid alias splendidissimas orbis nostri urbes
recenseam? Quid Hierosolimam totius orientis
ocellum? Sed longè major est pulchritudo & splen-
dor Hierosolimæ cœlestis, quam Filius Dei vocat Je-
rusalem novam, descendantem è cœlo à Deo. Ter-
restri Hierosolymorum Urbi magnum decus & glo-
riam afferebant moenia, portæ, fundamenta, figura,
plateæ, templum, aer, civium denique opulentia
cultus, vitæque jucunditas. At longè major gloria
Jerusalem cœlestis novæ, descendantis de cœlo, quæ
verba non de motu loculi, sed principio & origine
capienda. Terrestris Hierosolymæ fundamenta
locaverant homines in terra, hoc est, loco instabili.
At cœlestis fundamenta habet in cœlo, ejusque artifex
& conditor est Deus. Descripsit eam Joh: cap. XXI.

Siro.

Structura, inquit, muri ejus ex Jaspide: ipsa vero civitas aurum
pulum & similis vitro puro. Et fundamenta omni lapide pretioso
ornata. Fundamentum primum erat Jaspis: secundum Sapphirus:
tertium chalcedonius: quartum Smaragdus: quintum Sardonyx:
sextum Sardinus: septimum Chrysolithus: octavum Beryllus: no-
num Topacius: decimum Chrysoprasus: undecim Hyacinthus:
duodecimum amethystus. Duodecim autem portæ duodecim mar-
garitæ sunt, & singule portæ ex singulis margaritis sunt & forum
civitatis aurum purum tanquam vitrum perlucidum. Nec templum
vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens, templum illius est &
Agnus. Neq; civitas ista eget Sole vel Luna, ut luceant in ea: nam
gloria Dei illustrat eam, & lucerna ejus est agnus. Et gentes que
servate fuerunt, ambulabunt ad lucem ejus: & reges terræ gloriam
suam & honorem ad eam adferent. Nec portæ ejus claudentur in-
terdiu: nox enim non erit illic. Et adferetur gloria & honor gen-
tium ad eam. Non intrabit in eam quicquam, quod inquinat aut
abominandum patrat, vel mendacium loquitur: sed qui scripti sunt
in libro Vitæ Agni. Tertium nomen, est nomen Christi no-
vum. Huic faciem allucent verba, quæ in sequenti Epi-
stola ad Angelum Laodicensem scribit Joh. c. III. 21.
Qui vicerit, tribuam ei ut sedeat mecum in throno meo, ut & ego
vici, & sedeo cum Patre meo in throno eius. Item Luc. XXII. 28.
29. 30. Vos iis estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis.
Ego vero pacifcor vobis, prout pactus est mihi Pater meus, regnum,
ut edatis & bibatis in mensa mea in regno meo, & sedeat is super
thronos judicantes duodecim tribus Israel. Nempe gloriæ suæ
reddet Christus certa ratione & modo participes ele-
ctos. nec ab hac gloria exclusum erit corpus nostrum.
Humilitatē quippe corpora nostra divificabit & transfigurabit, ut con-
formia fiant corpori suo glorioso pro vi illa efficace, qua potest etiam
subjicere sibi omnia. Summa, nomen Christi novum erit
nomen Regum & Sacerdotum, quo coruscabunt veri
nominis Christiani. A Christo quidem nomen illustre
nabe-

habem9 omnes Christiani, sed decretorius dies ostēdet, quib9 revera tam magnificus titulus debeatur. Inter eos jure meritisimo numerabitur pie defūcta nostra, Fœmina in sexus sui exemplum nata, GER-TRAUT Schnitlers. Germana hic fuit DEI filia, nobilis *γνώριμασι* minimè fallacibus, fide in Christum, Timore DEI, Amore DEI & proximi. Fuit hic civis Ecclesiæ militantis laudatissima & ad nutum Regis cœlestis se composuit, verbum Dei audivit, custodivit, observavit: Sacramentis legitimè & reverenter usa est: Deum in Spiritu & veritate invocavit: crucem sibi impositam patienter tulit, adeo quid sedulo dedit operam, ut non nomine tantum, verum re ipsa se esse Christianam demonstraret. Professa est se peregrinam & advenam in terra: & hoc ipso palam ostendit, se patriam requirere cœlestem. Nunc per DEI gratiam id quod speravit, obtinet, ab omni metu mali periculo & damno immunis: *Cum Christo semper vivens, facta per ipsum Filia DEI: cum ipso exultans semper ipsius cruore reparata: Christiana cum Christo semper gloriosa, de DIO Patre beata, de perpetua voluptate latans semper & grata, quæ cum morti fuisset obnoxia, facta est de immortalitate secura, ut gravissime loquitur Cyprianus.* Nata est Anno MDC. XV. XII. Novemb. inter primam & secundam nocturnam Patre Viro spectatissimo & antiqua virtute fideq; DN. JOHANNE Schnitler/ hujus civitatis Sedecim viro & Ædis Marianæ præfecto primario atq; Seniore laudatissimo; Matre honestissima piissimaq; Fœmina ELISABETHA Gûsmbiers/

p. m.

p. m. & mox sanctissimo lavacro regenerata in nume-
rum Filiorum & Hæredum Dei cooperta est. Avum
Paternum habuit Virum Amplissimum Dn. JO-
HANNEM Schnitler / Westph. Consulem in Van-
genschede / in diocæsi Coloniensi: Aviam Paternam
GERTRUDEM Korbes / ex honoratissima illius lo-
ci familia ortam: Avum maternum Virum Am-
plissimum, DN. HENRICUM Güssenbier / Senato-
rem & Camerarium Rostoch: meritissimum: Aviam
maternam ANNAM, vetustâ NETTELNBLAGIO-
RUM familia clarissimam. Anno M. DC. XXXV.
XXII. April. de sententia Parentum DEO sic dispo-
nente nupsit Viro Amplissimo & prudentissimo,
DN. CHRISTIANO von THIENEN, hujus
Civitatis Senatori clarissimo, nunc Viduo longè
mœstissimo. Conjugium sine jurgio fuit & offen-
sa, pium, fœcundum. Mater enim XII. libero-
rum facta est, sex generis virilis CHRISTIANI, JO-
HANNIS, CHRISTIANI, HENRICI, ÆGIDII, NI-
COLAI: & totidem filiarum, MARGARETÆ, E-
LISABETHÆ, GERTRAUT, CATHARINÆ, ELI-
SABETHÆ & BARBARÆ. Ex quibus CHRISTIA-
NUS & ELISABETHA priores in Cœlestem e-
vocati vitam Matrem piissimam præcessere. Vitam
ejus piam attingimus, quam non potuit non excipere
mors beatissima. Correpta quippe morbo XXIV.
Febr. hujus anni JESUM in oculis, JESUM in corde,
JESUM in amplexibus habuit, & in JESU VICTRIX
PIE PLACIDEQUE obdormivit VI, Mart. circa
deci-

decimam vespertinam; quadragesimo secundo æta-
tis anno, postquam & corporis medicamentis, quam-
quam frustra, usâ, & animæ in primis pabulo, corporis
sanguinisq; Dominici Viatico instructa fuisset. Quæ
omnia uberius exponentur Funebri concione, Deo
volente. Cæterum, cum hodie exuviæ Fœminæ lau-
datissimæ in dormitorium suū sint deponendæ, à Vo-
bis, omnium ordinum cives Academici, diligenter &
officiosè contendimus, ut in honorem infucatæ pie-
tatis, atq; amplissimi ordinis senatorii, & solatiū Vi-
dui mœstissimi, Parentis & Affinium honoratissimo-
rum freqvèti præsentia cōveniatis, exequias ultimo
humanitatis officio cohonestetis, & DEO opt. Max,
utramq; Rempubl. vosq; adeo ipsos piis precibus
comendetis. Inter eundem illa Tert. piè meditami-
ni: *Cum constet de resurrectione mortuorum, vacat dolor mortis,
& impatientia doloris. Cur enim doleas, si perisse non credis?
Cur impatienter seras subductum, quem credis reversurum? Pro-
fectio est, quam putas mortem: non est lugendus qui antecedit, sed
planè desiderandus. Id quoq; desiderium patientiâ temperandum.*

P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus
XIII. Mart. Anno M. DC. LVII.

Conveniendum in templo Mariano
hora I.





p. m. & mox sanctissimo lavacro
 rum Filiorum & Hæredum Dei co
 Paternum habuit Virum Amplis
 HANNEM Schnitler / Westph. C
 genschede / in dioecæsi Coloniensi:
 GERTRUDEM Korbes / ex hono
 ci familia ortam: Avum matern
 plisimum, DN. HENRICUM G
 rem & Camerarium Rostoch: meri
 maternam ANNAM, vetustâ NET
 RUM familia clarissimam. Anno
 XXII. April. de sententia Parentum
 nente nupsit Viro Amplissimo &
 DN. CHRISTIANO von THI
 Civitatis Senatori clarissimo, nun
 mœstissimo. Conjugium sine jur
 sa, pium, fœcundum. Mater e
 rum facta est, sex generis virilis CH
 HANNIS, CHRISTIANI, HENRIC
 COLAI: & totidem filiarum, MA
 LISABETHÆ, GERTRAUT, CAT
 SABETHÆ & BARBARÆ. Ex quib
 NUS & ELISABETHA priores
 vocati vitam Matrem piissimam pra
 ejus piam attingimus, quam non pot
 mors beatissima. Correpta quippe
 Febr. hujus anni JESUM in oculis, J
 JESUM in amplexibus habuit, & in J
 PIE PLACIDEQVE obdormivit

nume-
 Avum
 n. JO-
 in Van
 ternam
 lius lo-
 n Am-
 Senato-
 Aviam
 ADIO-
 XXV.
 dispo-
 ssimo,
 hujus
 longè
 offen-
 iberor-
 I, JO-
 II, NI-
 Æ, E-
 E, ELI-
 STIA-
 tem e-
 Vitam
 clpere
 XIV.
 corde,
 RIX
 circa
 deci-

